

100  
17558

INSTITUTIONES  
JURIS  
CANONICI.

*Ex libris ad usum Fr. Nicolai a Virgino  
Sacerdotis Professi Ordinis Discalceatorum S. Ma-  
trinitatis Redempt. Captiv. Romae. an 1772*

*Conservati*

JOHANNIS BAPTISTÆ  
BARTHOLI

OLIM  
IN UNIVERSITATE PATAVINA  
SACRORUM CANONUM

PUBLICI PROFESSORIS PRIMARI

NUNC VERO  
EPISCOPI FELTRIENSIS  
COMITIS &c.

INSTITUTIONES  
JURIS CANONICI.



AUSUGII, MDCCXLIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

Prostant FELTRIÆ  
APUD EDUARDUM FOLIOLUM.



SANCTISSIMO PATRI  
BENEDICTO XIV.  
PONTIFICI MAXIMO

JOHANNES BAPTISTA BARTHOLUS

EPISCOPUS FELTRIENSIS

Felicitatem,



*NON* dici potest, *BEATISSIME*  
*PATER*, quam egre ferebam,  
dum in *Universitate Patavina Jus Ca-*  
*nonicum publice traderem, in tanta adolescentium li-*

\*

bera.

\*\*\*\*\*  
\*\*\*\*\*  
\*\*\*\*\*

# JURIS CANONICI INSTITUTIONUM

## CAPUT PRIMUM.

### *De notione Juris Canonici.*

**I**amquam *Canonis* verbum, a quo Jus Canonicum nomen accepit, ad varias diversasque res significandas, & prophani & ecclesiastici Scriptores etiam adhibere consueverint: Sanctos Ecclesie Patres tamen *Canonis* vocabulum crebro usurpasse legimus, ut Divinarum Scripturarum Syllabum iudicarent. Id videre licet apud Sanctum Hieronymum pluribus in locis: apud Sanctum Augustinum, qui lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 8. ita scripsit: *Totus Canon Scripturarum his libris continetur, Genesi, Exodo &c.* Et Sanctus Innocentius I. Pontifex Summus in epistola ad Exuperium Tolosanum Episcopum hæc habet: *Qui vero libri recipiantur in Canone, brevis annexus ostendit: Moysi libri quinque, idest, Genesi, Exodi &c.* Præterea *Canonis* Sacrarum Scripturarum sæpe meminit Eusebius in sua Historia ecclesiastica, Sanctus Vincentius Lirinensis in Commonitorio, alique

▲

per-